© España, Ministerio de Cultura. Archivo Histórico Nacional

et in castella et in extrematura. Et ego aldefonsus rex hanc cartam quam fieri iussi: manu roboro et confirmo.

Celebrunus toletanus archiepiscopus: confirmat. — Comes albarus: confirmat.
Petrus burgensis episcopus: confirmat. — Comes nunio: confirmat.
Raimundus palentinus episcopus: confirmat. — Comes petrus: confirmat.
Iohannes exomensis episcopus: confirmat. — Comes lupus: confirmat.
Comes uela: confirmat.

Petrus garsie maiordomus curie regis confirmat.

Martinus ferdinandi cancellarius regis confirmat.

Gomez gundisalui: confirmat.
Gundisaluus de marannos: confirmat.
Gundisaluus roderici: confirmat.
Garsia ordonez: confirmat.
Fernant roiz: confirmat.

De la uilla de espinosa que nos dio pedro martinez de iohas.

Rodericus gundisalui alferiz regis confirmat.
Petrus notarius regis: notauit.

In nomine domini nostri ihesu christi. Amen. Ego petrus martinez de iohas. uobis domno roderico abbati: ecclesie sancti michaelis uillemaioris. et conuentui uestro uendo et dono pro redemcione anime mee et parentum meorum totam illam uillam que dicitur espinosa. sita in riuo de francos ex integro absque ullo interdicto cum collacijs et cum omnibus pertinencijs suis pratis uidelicet et molendinis cum montibus et fontibus hereditario iure cum ingressibus et regressibus. in perpetuum possidendam. et accepi in precio pro supradicta uilla ecclesiam sancti cipriani de patela de iuso cum omnibus reditibus suis uidelicet cum agris cultis et incultis et cum parochianis. tali condicione ut supradictam ecclesiam possiderem omnibus diebus uite mee et post mortem meam remaneret ecclesia illa cum omnibus pertinencijs suis ad prefatum monasterium sancti michaelis his ita

pactis ut ex reuolutis. iiij. annis tam abbas quam fratres nimium grauati de concambiacione ista deprecati sunt me in simul in eodem monasterio sancti michaelis quatinus eis aliquod bene ficium impertirem unde ego domnus petrus martini perspiciens nimiam paupertatem monasterij et grauamen prefate concambiacionis: non coactus. sed spontaneus misericordia motus uillam quam prius uendideram et dederam iterum concessi et concambiacionem fratribus supradicte ecclesie libere remisi et .c. aureos pro supradicta uilla que dicitur espinosa accepi. et coram abbate et fratribus irreuocabiliter hoc pactum huius scilicet uendicionis in capitulo stabiliui et statim in eodem loco de supradictis aureis pagado remansi. Siquis uero hanc cartam infringere uel minuere uoluerit: sit a deo maledictus et excomunicatus et cum iuda domini traditore in inferno damnatus. et insuper pectet in coto. mille. libras auri. medietatem regi et medietatem monasterio et talem hereditatem dupladam in tali uel in meliori loco persoluat. Et ego petrus martini qui hanc cartam fieri iussi manibus meis roboraui et confirmaui. Facta carta sub era. M. CC. VIIJ. Regnante rege aldefonso in castella et in extrematura. Petrus garsie maiordomus curie regis regis. Rodericus gundisalui alferiz regis. Celebrunus toletanus archiepiscopus. Petrus burgensis episcopus. Ramundus palentinus episcopus. Comes nunius in auia et in fenera. Gonçaluo patela. testis. Munio patella. Petro pelaez. Gonçaluo guterrez. Rodericus guterriz. Petrus gena. Don antolino. Gonçaluo michaeliz. Concilium uillemaioris: testes.

De guter muniez.

In nomine patris et filij et spiritus sancti amen.

Ego guter monuz spontanea mea uoluntate: uendo a uos rodrigo diaz et a uestram uxorem domna maria illam hereditatem quam habeo in uillamaior et in sordillos et in mezcalba et in soto quod est in uillamaior cum omnibus pertinencijs supradictarum uillarum et illo solare de uilla maiore cum suo olmare. Ex his supradictis omnem porcionem meam absque ullo interdicto uobis concedo.